Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

misit illum: hic uerax est et iustitia in illo non est. Nonne moyses dedit
uobis legem: et nemo ex uobis facit legem? Quid me quaeritis interficere?
Respondit turba et dixit. Demonium habes: quis te quaerit interficere?
Respondit ihs et dixit eis. Unum opus feci: et omnes miramini. Propter
ea moyses dedit uobis circumcisionem: non quia ex moyse est sed ex pa
tribus: et in sabbato circumcidis hominem. Si circumcisionem accipit homo
in sabbato ut non soluatur lex moysi: nonne indignamini quia totum hominem
sanum feci in sabbato? Solite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium
iudicate. Dicebant autem quidam ex hierosolimis. Nonne hic est quem
quaerunt interficere? Et ecce palam loquitur: et nihil ei dicunt. Numquid uere
cognouerunt principes quia hic est xpc? Sed hunc sciimus unde sit: xpc
autem cum uenerit nemo scit unde sit. Clamabat igitur docens in templo
ihs et dicens. Et me scitis: et unde sim scitis: et a me ipso non uenio:
sed est uerus qui misit me. quem uos nescitis. Ego scio eum: quia ab
ipso sum et ipse misit me. Quaerebant igitur eum apprehendere: et nemo
in illum misit manus: quia nondum uenerat hora eius. De turba autem
multi crediderunt in eum. Feria iii. Ezechiel pphe.

Hec dicit dns ds. Sanctificabo nomen meum magnum: qui sanctificatus
gentes quia ego dns cum sanctificatus fuero in uobis coram eis. Tol
lam quippe uos de gentibus et congregabo uos de uniuersis terris: et
adducam uos in terram uestram. Et effundam super uos aquam mundam
et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris: et ab uniuersis
idolis uestris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum: et spiritum
nouum ponam in medio uestri. Et faciam ut in praeceptis meis ambu
letis: et iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabi
tis in terra quam dedi patribus uestris: et eritis mihi in populum: et ego ero
uobis in deum. Dicit dns omnipotens. Ysaie pphe.

Hec dicit dns ds. Lauamini: mundi estote. Auferte mala
a cogitationibus uestris ab oculis meis. Quiescite agere
peruerse: discite benefacere. Quaerite iudicium: subuenite op
presso: iudicate pupillo: defendite uiduam: et uenite et ar